HAIMO ALTISSIODORENSIS
3. Viertel 12. Jh. Seite 66r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



citatur: Ita & xp̄c uoce patris excitatus ē: iuxta
illud psalmiste. Exurge gl̄a mea. & cetera. Quia
ergo inde creditur unde surrexit: bene iohannes
primū leonem posuit. Primus itaq; est in ordine
homo & uitulus: sed primus in uirtute leo. Leo
quoq; rex est bestiarum: atq; ideo non inmerito
per eum marcus intelligitur: qui dominum ex
regia stirpe descendisse describit: & frequenter
eum in suo euangelio regem commemorat. Vnde
est. Simile est regnum celorum homini regi:
qui fecit nuptias filio suo: & homo quidam
nobilis abiit in regionem longinquam & [illegible]
accipere sibi regnū: & multa his similia. Secun
dum ponit uitulū qui utiq; ut dictū est lucā sig
nificat. quia uitulus hostia erat sacerdotū. & in
templo offerebat: & ipse in sua narratione maxime
circa templū uersat. Tercium hominē idē ma[illegible]
qui temporalē xp̄i describit natiuitatē. Quartū
aquila idē iohannē: qui in reuerberatis oculis
transcendens omnē altitudinē celi. & ipsos etiā
choros angelorū. diuinitatē filii dī intuet dicens.
In principio erat uerbū. Hec quatuor [illegible]
animalia significabant quatuor flumina pa
radysi. de uno fonte xp̄o in eccl̄a manantia: similiter
& quatuor circuli arce quibus portat ecclesia.
Significant quoq; hec quatuor animalia. ip
sum dn̄m nr̄m ih̄m xp̄m: qui natus ut homo.
passus ē ut uitulus. surrexit ut leo: ascendit
sup om̄s celos ut aquila. Designant etiā p hec